

est cedere, hodie pronuntiatur *Weichen*. Kero: *Vuehsalum, vicissim. Vuehsal, alternatio, permutatio, vicissitudo.*

Otfrid. V: 19, 114. de Aeternitate & extremo iudicio:

*Thar nist miorono uuibt,  
ouh uehsales nia uuibr.*

Ibi non est doni (corruptionis) quicquam,  
nec permutationis locus

*Hio*, videri possit corruptæ lectionis esse, & fortè legendum *Sie*, isti. Sed nihil dum muto. Recurrit hæc particula mox v. 115. *Garò sosér hio uuas.* Ubi promptitudo & prudentia Ludovici R. *hio* h. e. hîc, in hoc conflictu, celebratur.

§. LIII. *Thes libes* non corpus, *thes leibs*, sed vitam, des lebens, proprie significat. Kero: *Des euuigen libes, vita aterna.* Symbolum Apostolicum Alamannicum: *Geloubo euuigen lib.* credo æternam vitam. Item: *Ich gelob nah disem lib den euuigen lib.* Credo post hanc vitam æternam vitam. Notgerus in Psalm. XXVI. *des libes ursprung, fons vita.* Glossæ Lipsii: *Liba, vita. Libes, vita.* ubi Lipsius adjicit: *Nos leue, tamen & vulgò By lÿue, illo sensu.* Atque in Germania superiori hodieque ista formula interdicentis vulgò: *Bey leibe nicht*, per vitam ne facias. Sed & Edicto Imperatoris Augusti de Censu orbis Romani Otfridus inserit

*Tbaz si gomman ioh uuib,  
in thiu si uuollen haben lib.*

Fuat vir vel mulier,

Modò velint habere vitam.

Quod hodie dicimus: *Bey leib und lebens straffe.*